

viri, et doctrinae criticae, et grammaticae,
 vbertas, nonnisi quae, et doctissime essent
 excogitata, et vtilissime scripta, ab manu eius
 esse profectura. Vt enim ab ineunte aetate
 nullius rei, quam litterarum graecarum, et
 latinarum, veterisque doctrinae, studio ma-
 gis erat captus: ita ad illud exsequendum,
 quod ceperat, alios doctrinae suae copiis ad-
 iuuandi consilium eximia, et laudabili, pro-
 pensione, et impetu, se ferri, et rapi, passus
 est, nec valetudine iam tum infirma, quin,
 quantum posset, huic, quod inceperat, operi
 absoluendo operam nauaret, retineri potuit.
 Ita autem increuit eo, quo vltimam ei adhi-
 buerat limam, tempore, morbus, vt eius vi
 oppressus, libro, praeter indices, et appen-
 dicem, formulis stanneis iam descripto, reli-
 qua mihi, antiquae, hoc est, inde ab eo tem-
 pore, quo Io. Aug. Ernestio et Io. Frid. Fi-
 schero, Viris Celeberrimis, graecae, et lati-
 nae, doctrinae magistris Lipsiae in Schola
 Thomana vsi eram, diligenter cultae, ami-
 citiae